

# The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

## Prelacio af cum uariis

Quid nos, o pastores, agimus qui et mercedem consequimur et tamen operarii nequaquam sumus? Fructus quippe sancte ecclesie in stipendio cotidiano percipimus sed tamen pro eterna ecclesia minime in predicacione laboramus. Pensemus cuius dampnacionis sit sine labore hic percipere mercedem laboris. Ecce ex oblacione fidelium uiuimus; sed quid pro animabus fidelium laboramus? Illa in nostrum stipendium sumimus que pro redimendis peccatis suis fideles obtulerunt, nec tamen contra peccata eadem uel oracionis studio uel predicacionis, ut dignum, est insudamus.

Gregorius omelia XVII. super illud: Dignus est operarius mercede sua.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

qui et] quando P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; dampnacionis] damnationi P V<sup>1</sup>; hic] hinc V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>;  
percipere] percipe P V<sup>1</sup>; nostrum] nostra B; XVII.] XXII. (*cor. intra*) B, VII. P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>;  
illud *om.* V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; est *om.* V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; operarius] operari P V<sup>1</sup>; sua *om.* V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; sua] et  
cetera *add.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>